

RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



M Agnum olim terrorem Jovi Gigantes suis brachiis confidentes intulerant, Olympo Pelion imponere, cum Venus in out loquamur, conati. Sed neq; Typhoeus, neq; Rhæcus, neq; Porphyron, neq; Enceladus, quam vasti, validiq; etiam essent, contra sonantem Palladis ægida vel tantillum poterant. Ruebat enim vis illa consilii expers suapte mole, nec Typhon tantum, sed & cæteri Cyclopes fulmine deturbati a Jove, atq; Æthnæ fuere suppositi. Hæc fabula longe omnium antiquissima est, in qua decantanda & omnes fere Græcorum Poëtæ epici, tanquam facta conspiratione, desudarunt. At eam hodieq; non minus, quam vetustissimis, & quæ his successere, temporibus, ludi in majoribus æque ac in minoribus Rebus publ. videas. Neq; enim aliud quid famosissima Gigantomachia ista subinsinuat, quam apertam Subditorum in Magistratum rebellionem; Typhonq; in primis, uti ab inflammatione accepit nomen, ita exactum rebellis hominis, docente Sapientiæ veteris consultissimo Verulamio, est exemplar. Verùm nec hodiè Typhones Rhæcosq; id genus contra Magistratum suum tumultuantes justissima Nemesis deserit; quin & illi turpissimè tandem ruunt, temeritatisq; ac pervicaciæ suæ pœnas nequicquam subterfugiunt. Nos tanquam Typhonem ex civibus nostris publicè nunc exhibemus

JOHANNEM CHRISTIANUM STARCKIUM, Misenerensem.


Hic enim mense Augusto superioris anni, cum horrendum ac minax illud monstrum, quod Nationalismum vocabant, jussu Serenissimi Nutritoris extinctum exterminatumq; iret Magistratus ex hac Academia, viribus omnibus est nisus contrà, neq; cum aliis tantum complicibus libros Nationales Cyclopica audacia quadam reposcit, ingenti ante locum Concilii tumultu excitato, sed & facem quasi cæteris ad Membri cujusdam nostri fenestras lapidibus impugnandas præluxit. Quemadmodum verò in alios harum barbarum auctores ac socios accurate inquisitum est hætenus, eorumq; enorme hoc facinus impunitum haut mansit, ita in hunc quoq; Typhonem, qui barbaræ tumultuationis illius dux & fax extitit, nunc justè animadvertitur. Dignus equidem de Prudentum sententia is erat, qui non ex his tantum septis, sed ex universo Electoratu Saxonico exesse perpetuò juberetur; Sed quia rigorem Juris attemperare gratia sua Clementissimus Elector voluit, ex Athenæo hoc nostro in perpetuum relegatur. Exesto itaq; exesto, inquam, à nobis in perpetuum.

JOH. CHRISTIANE STARCKI,

neq; unquam postdeinceps ad Musas nostras, quarum publicam quietem tam temerè sollicitasti, revertere. Vos verò reliqui, qui Magistratui Academico semel dedistis nomen, si cives frugi, si didicisse fideliter artes videri vultis, ferociam omnem exuite animo, Oculiq; vindicis semper memores adversus divinam Majestatem, vicariumq; ejus in terris magistratum nihil quicquam committite. Vigilat enim vigilabitq; semper divina Nemesis,

- - Rupta si mole Typhoeus
Vinclis profiliat, Tityus si membra resolvat,
Si furor Enceladi projecta mugiat Æthna.

PP. Lipsiæ d. XXV. Novembr. Ann. novissimi temporis clc lcc LXXXIII.



RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Agnum olim terrorem Jovi Gigantes suis
brachiis confidentes intulerant. Olympo Pelion imponere. cum Ve-



Cyclopes
mnium ar
quam fact
mis, & qv

publ. videas. Neq; enim aliud quid ramonima Gigantomachia ita tubinnuat, quam
apertam Subditorum in Magistratum rebellionem; Typhonq; inprimis, uti ab in-
flammatione accepit nomen, ita exactum rebellis hominis, docente Sapientiæ veteris
consultissimo Verulamio, est exemplar. Verum ne hodiè Typhones Rhæcosq; id
genus contra Magistratum suum tumultuantes justissima Nemesis deserit; quin & illi
turpissimè tandem ruunt, temeritatisq; ac pervicaciæ suæ pœnas neq; vicquam subter-
fugiunt. Nos tanquam Typhonem ex civibus nostris publicè nunc exhibemus

JOHANNEM CHRISTIANUM STARCKIUM, *Misenersem*.
Hic enim mense Augusto superioris anni, cum horrendum ac minax illud monstrum,
quod Nationalismum vocabant, jussu Serenissimi Nutritoris extinctum extermina-
tumq; iret Magistratus ex hac Academia, viribus omnibus est nisus contrà, neq; cum a-
liis tantum complicitibus libros Nationales Cyclopica audacia quadam repoposcit, in-
genti ante locum Concilii tumultu excitato, sed & facem quasi cæteris ad Membri
cujusdam nostri fenestras lapidibus impugnandas præluxit. Quemadmodum verò
in alios harum turbarum auctores ac socios accurate inquisitum est hætenus, eorumq; e-
norme hoc facinus impunitum haut mansit, ita in hunc quoq; Typhonem, qui barbaræ
tumultuationis illius dux & fax extitit, nunc justè animadvertitur. Dignus eq; idem
de Prudentum sententia iserat, qui non ex his tantum septis, sed ex universo Electora-
tu Saxonico exesse perpetuò juberetur; Sed quia rigorem Juris attemperare gratia sua
Clementissimus Elector voluit, ex Athenæo hoc nostro in perpetuum relegatur. Ex-
esto itaq; exesto, inquam, à nobis in perpetuum.

JOH. CHRISTIANE STARCKI,

neq; unquam postdeinceps ad Musas nostras, quarum publicam quietem tam temerè
sollicitasti, revertere. Vos verò reliqui, qui Magistratui Academico semel dedistis
nomen, si cives frugi, si didicisse fideliter artes videri vultis, ferociam omnem exuite a-
nimo, Oculiq; vindicis semper memores adversus divinam Majestatem, vicariumq; ejus
in terris magistratum nihil quicquam committite. Vigilat enim vigilabitq; semper
divina Nemesis,

- - *Rupta si mole Typhoeus
Vinclis profiliat, Tityus si membra resolvat,
Si furor Enceladi projecta mugiat Æthna.*

PP. Lipsiæ d. XXV. Novembr. Ann. novissimi temporis clc lcc LXXXIII.